



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

5. Rationes qualiter reddendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

IOAN. OLDENDOR. TRACT.

manumissoſ effe nolo, donec rationes reddide-
rint. Sanè ſi tibi quoq; placuerint: ſignificaui
tibi mentem meam. Quero, ſi paratiſ actoribus
hæredes libertatem non præſtent, dicendo, eos
non placere ſibi: an audiendi ſint? Respondit.
Non ſpectandum, quid hæredibus diſpliceat:
ſed id, quod viro bono poſſit placere, ut liber-
tatem conſequantur.

5 Secunda. Rationes ſic reddendæ ſunt, ne
vel administrator. vel iſ, ad quem administra-
re res pertinent, ſit nimium delicatus. Nam ſi-
cut in rationibus ad commodum rei geſta ni-
hil præteriri debet, ita ex diuerso ſumptus bo-
na fide factos noſ oportet repudiare, ut indem-
nitatem conſequatur administrator l. 1. ff. de-
tutel. & ratio. diſtrahen. Si pupilliſ (inquit
Vlpianus) tutores pater dederit, interq; eos
& libertum ſuum, per quem voluerit tutelam
adminiſtrari: & tutores certam ſummaſ ei
ſtatuerint: quia aliter ſe exhibere non potue-
rat: habendam eius rationem, quod ſtatutum
eſt, Mela existimat. Ergo & ſi ex inquisitio-
ne, propter rei notitiam fuerit datus tutor, eiq;
alimenta ſtatuerint contutores, debebit eorum
ratio-

ratio haberi: quia iusta causa est præstandi.
Sed & si seruis cibaria præstiterit, vel liber-
tis, scilicet rei pupilli necessarijs, dicendum est
reputaturum. Idem & est, & si liberis homini-
bus: si tamen ratio præstandi iusta intercedat.
Item, sumptus litis tutor reputabit, & viatica:
si ex officio necesse habuit aliquo excurrere
vel proficisci. Haec ille.

Tertia. Totius & semel administrationis red- 6
denda est ratio, non partis alicuius, ut recte
dicit Bald. in l. Si plures. C. de conditio. insert.
Iabolenus. ff. de conditio. & demon. Cui fun-
dus (inquit) legatus est, si decem dederit:
partem fundi consequi non potest, nisi totam
pecuniam numerarit.

Quarta. ¶ Omnia fructuum, qui percepti 7
sunt, & qui consuetudine communi ex re ad-
ministrata percipi potuerunt, ratio est eden-
da. Modestinus in l. Sinc hærede. §. 1. de admi-
nistra. tut. Damnum (ait) si quod accidit co,
quia cautiones soluti vectigalis inuentæ non
sunt ad tutorem, cuius culpa admissa propomi-
tur minimè pertinere. Modestinus respondit:
Tutorem eorum redditum nomine rationem
pupillo